

TRACTATUS

AD DEFENSAM

INQUISITORVM, CARCERATORVM,
Reorum, & Condemnatorum super
quocunque crimine.

SEBASTIANI GVAZZINI
DE CIVITATE CASTELLI I.C.

ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI

Liber Primus, & Tomus Primus.

Opus novum, summo studio digessim, omnibus Magistris, & Iudicibus, tam secula-
ribus, quam Ecclesiasticis ad evitandas nullitates, & iniustitias Advocatorum,
Procuratoribus, Auditorum criminalium Defensoribus, atque excusa-
toribus ad Reos tuendos, etiam in vnaquaque parte
parte maxime utile, & necessarium.

In quo plura Statuta, Decreta, Bulla Summorum Pontificum, & praesertim GREGORII XIV. Saper Immunitate
Ecclesiastica, Constitutiones, Pragmatica, Ritus, & Consuetudines diversarum locorum, & Provincia-
rum declarantur, ac referuntur quamplurimi casus in contingencia facti, in gravissimis
criminibus, etiam per supremos Magistratus decisi.

Editio Novissima à recentis immutatis quibus priores scatebant reprobata, hincque novam clarissimam
varietate in Allegationibus duntaxat.

Cum Index Rerum, & Verborum locupletissimo.

Castellani



RAZONI



GENEVE
Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LIV.



BENEDICTVS ALAVRBRINI ARCHIEPISC.

& nuper Urbis Romæ Gubernator.

CARMEN.

Ad Lectorem.

*Crimina defendet Vir scriptis optimus? absit.
 Non bona Guazzini mens fuit ista boni.
 Quomodo sed pandit? recta defenditur omnis
 Iustitia cultus, Iuris & altus bonos.
 Crimina mittamus; Virtuti carmina clara
 Succedant: resonet nomen ubique suum.
 Vis dicam quare? Nolo. Vrges denique? Dicam.
 Illo nil melius, nil magis Vrbe pius.*

Cap. De def. 1748. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1800.

AD EMINENTISS. I. C.

D. SEBASTIANVM GVAZZINVM

Compatriitium, & collegam nostrum Collegij I. C. Tipherni.

EPIGRAMMA.

*Hac, quæ docta legis venerande volumina lector,
 Guazzini doctum condidit ingenium.
 Mella huic styblai miserunt dulciora colles.
 Atque sales dictis alta Minerva dedit.
 His docet insontes, diriceu carceris atri
 Soluatur vectes, vincula dura cadant.
 Hinc Vrbs Guazzini, & totus celebrauerit orbis
 Nomina, supremum non obitura diem.
 Gens & cuncta simul, qua permeat athera Titan.
 Guazzini doctum continet ingenium.*



TRACTATUS
 AD DEFENSAM
 INQUISITORVM, CARCERATORVM,
 REORVM, & CONDEMNATORVM SUPER QUOCVMQVE
 CRIMINE IN FORTIIS CUTIÆ EXISTENTIUM,

LIBRI PRIMI.

Præfatio.

SUMMARIVM.

1. Advocacionis officium fuit innumum, ut succurratur eis, qui nequitate carson eorum tueri, & Advocati sunt immunes ab eorum onere.
2. Advocacionis officium est necessarium, & laudabile, & optimam vitam Advocati boni faciunt, & est meritum apud Deum.
3. Advocacionis officium exercuit in hoc Saculo, & in nris exercet Christus Redemptor noster.
4. Advocacionis officium adeo est meritum, ut ipsi Advocati mereantur apud Deum, sicut sacri verbi Concionatores.
- Advocati debent pauperibus gratis patrocinium præstare, & si hoc delegabitur (constitutionse Nepotæ) puniendi sunt.
- Advocacionis officium est multum difficile; ideo Advocati moderate, accurate omni reverentia, & missa verborum multiplicitate defensionem proponere debent, & cum altero Advocato, & parte adversa benigni se habere etiam debent, potius laudando, quam vituperando; nisi fuerit Advocatus verbis iniuriosis provocatus, qui tunc potest, etiam per mentem, emutationem, repellere.
- Advocati debent pluribus honoribus Iudici adulari, alium vocando doctissimum, excellentissimum, celeberrimum, acutissimum per alios similes honores.
- Advocati rationes, auctoritates, ac leges allegare debent, & ipsi cum parte adversa, ac cum Advocato certare: & si Iudex fuerit invidiosus, Advocatus debet in altero sermone uti, ut possit ille Iudex defensionem percipere.
- Advocatus non debet expectare, ut per Iudicem vocetur ad discutiendum iudicia, sed ipse debet accedere sponte ad Iudicem, præterquam in Regno Neapolitano, ubi Advocati citantur ad inferendum.
10. Iudex potest imponere suam diltis per Advocatum & si fuerit Advocatus casualis, poterit privari officio Advocacionis.
11. Advocatus nimis verbosus ab officio remaneri debet, ideo debet conclusus loqui, & pauca atq; vestigia effundere.

12. Iudex potest reprehendere Advocatum quomvis peccatissimum.
13. Advocatus potest alterum Advocatum per subterfugia decipere quando fuerit bonam causam.
14. Advocatus revulans secreta sui Clientis poenam falsi iuravit.
15. Pœnam de quatuor lris in Advocato, & procuratore omnino est reprobata; quid in causa criminali.
16. Advocatus, vel procurator Fiscalis non possunt pacisci de quatuor lris, neque esse procuratores pro aliquo.
17. Advocatus suscipiens patrocinium pro una parte non potest illud deserere: & aliam partem ascendere, nisi videat partem adversam iustioram causam habere: quod tamen aliqui Doctores non admittunt.
18. Framericationis crimine multi fuerunt notati, ut Tuscillus, Demosthenes, & Oloradus.
19. Corruptio Advocati partis adversa punitur poena falsi.
20. Advocatus potest communicationem habere cum excommunicato absque incurso excommunicationis pro consilio et dandis, ut dicta poena liberetur.
21. Statutum præstans opem vel auxilium harricis præstari, non comprehenditur Advocatus, & procurator: volentes illos vocare per viam gratis, vel iustitie, exceptis quibusdam casibus.
22. Advocatus potest intervenire pro harrico, quando fuit gratiatus iniunctis tunc et exilio, dum permanserit in dicto exilio.
23. Advocatus tenetur, exceptis quibusdam casibus, recipere salarium, officium suum imperit, & rem defendere, absque incurso irregularitate.
24. Hebræi non possunt exercere officium Advocacionis, sed bene possunt esse procuratores, etiam contra Christianos.
25. Advocatus, vel procurator quando possunt esse testes pro eorum Cliente, sed non possunt cogi ad testificandum contra eum.
27. Advocatus, & procurator non possunt recipi in fideiussorem pro Cliente.
28. Advocatus vexatus in causa criminali, si condnet.

TRACTATUS

AD DEFENSAM
INQUISITORVM, CARCERATORVM,
Reorum, & Condemnatorum super
quocunque crimine.

SEBASTIANI GVAZZINI
DE CIVITATE CASTELLI I.C.
ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI.

Liber Primus, & Tomus Secundus.

Opus nouum, summo studio digestum, omnibus Magistratibus, & Iudicibus, tam saecularibus, quam Ecclesiasticis ad euitandas nullitates, & iniustitias Aduocatis, Procuratoribus, causarum criminalium Defensoribus, atque excusatoribus ad Reos tuendos, etiam in vnaquaque processus parte maximè vtile, & necessarium.

In quo plura Statuta, Decreta, Bannimenta, Bullae Summorum Pontificum, & praesertim GREGORII XIV. Super Immunitate Ecclesiastica, Constitutiones, Pragmaticae, Ritus, & Consuetudines diuersorum locorum, & Prouinciarum declarantur, ac referuntur quamplurimi casus in contingenti facti, in grauissimis criminibus, etiam per supremos Magistratus decisi.

Cum INDICE Rerum, & Verborum locupletissimo.



GENEVA,

Sumptibus Samuelis Chouët.

M. DC. LII.



TRACTATUS AD DEFENSAM

INQUISITORVM, CARCERATORVM, Reorum, & Condennatorum super quocumque crimine in foris Curie existentium.

LIBER PRIMVS, ET TOMVS SECVNDVS. DEFENSIO XXIV.

Circa traditionem processus.

**Copia processus Reo est decernenda,
& tradenda.**

SVMMARIVM.

- 1 Processus copia omnino decernenda est per iudicem, & reo tradenda, tam de iure communi, quam visorij Bullarum Pontificum.
- 2 Iudex in proposito nihil aliud tenetur facere, quam decernere copiam processus, & reo suis sumptibus illam recipere.
- 3 Copia processus denegatur per iudicem quando processus non fuerit completus, & iudex debet se offerre, iustitiam administrare, & suis loco, & tempore copiam decernere.
- 4 Copia processus reo est danda, etiamsi procedatur per viam inquisitionis.
- 5 Copia processus reo est danda, etiamsi Princeps rescriptisset esse procedendum contra reum ex processu informatius, ac etiamsi iudex haberet liberum arbitrium in procedendo, vel si fieri ei data facultas procedendi ad torturam sine iudicij.
- 6 Copia processus an sit danda, quando proceditur in causa ex abrupto & manu regia.
- 7 Copia processus offensus est danda reo, quamuis sagaxi Doctores mori perito.
- 8 Copia processus est danda in curia Episcoporum, & aliorum Prelatorum.
- 9 Copia processus est danda terris componenti pro suo interesse.
- 10 Copia processus est danda etiam accusatori, vel instigatori.
- 11 Instigatori ante publicationem processus datur facultas videndi processum ad effectum instruendi iudicem, & subministrandi iudicia.
- 12 Notarius non potest alicui ante decretum iudicis publicare processum sub pena falsi.

CAP. I.



NON est dubium, quod ad effectum, ut reus se defendere possit, oporteat, quod copia processus sibi decernatur per iudicem, ac etiam tradatur, ut de communi opinione testatur Rip. in l. 2. num. 8. C. de eden. quem post Villalob. com. opin. in lit. l. 2. m. 22. refert Clar. q. 49. vers. 1. Carr. in prac. interrog. reor. lib. 4. cap. 2. num. 48. An. brof. de iud. serm. process. lib. 3. c. novum. 16. Farin. q. 19. num. 1. vbi alios concordantes cumulat, Vulpel. resp. 21. num. 2. vbi dicit, quod ita seruauit, ac seruari vidit in Picensi. & idem firmat in resp. 74. num. 8. Carr. d. lib. 4. c. 3. num. 39. Amodeus contiuis meus, & insignis officialis in tract. de synd. sub num. 123. Rim. iur. conf. 88. num. 59. seq. lib. 1. vbi de communi, Dec. resp. 8. num. 102. & resp. 93. num. 151. vel. 2. Bertazz. conf. 130. num. 1. vbi Claud. in lit. B. qui testatur de recepta opinione, Fatim. d. q. 39. num. 31. vbi concordantes allegat, & testatur de magis recepta, & communi opinione late Scacc. in tract. de iud. lib. 1. cap. 100. num. 4. & seq. vbi de communi, & alios concordantes allegat Peregr. conf. 2. num. 144. volum. 2. vbi concordantes cumulat, late Franc. Petron. in tract. de iud. num. 20. Card. Tusc. in d. l. 1. consil. 99. per totam, late Causale. de Prac. reg. p. 1. num. 175. & in Vrbe habemus Bullam Pij Quinti, consil. 74. super reform. tribunal. A. C. & habemus aliam Bullam de omnibus iudicibus Romae Pauli III. consil. 58. sub vers. captem verò, que fuit confirmata à Pio Quarto consil. 85. vers. & quod expeditionem carceratorum, que Bullis omnes sunt in prima parte Bullarum, & in tantum est danda copia processus inquisito, ut procedatur etiam in atrocissimis, etiam si reus sit male fama, & subit timor subornationis testium, ut late de his omnibus alios concordantes allegando tradit nouissimè Peregr. in d. conf. 2. num. 145. 146. & 147. vol. 1.

Bene verum est, quod iudex aliud facere non debet, nisi copiam processus decernere, Causale. de Prac. reg.